

Clarissimo Viro, Dño Joachimo Sauerario, Dño  
et Amico observando. p.

de Ho 1568.  
1311

Cariss: Viri S. Ab incante aetate mea magnam in animo meo  
erga te amorem alui, ob eximiam in omni genere doctrinam  
tuam, qui ita cum aetate ac judicio crevit, ut jam ne is quidem  
concedam, qui tibi nature ipsius nexu colligati sunt, testatq; id  
sum perspeti tum alibi, tum coram filio tuo in Tridentino Con-  
cilio, ac semper optavi mihi dari occasionem testificandae meae  
erga te voluntatis, quam si tu vides, obtestor te, ut eam mihi  
indices, re ipsa experieris, quam tui amans, quam studiosissimam  
quod quidem, ut eo liberius facere in animum inducas, ex tuo  
beneficio prior, uti volo, quod mihi sat scio, quae tua est hu-  
manitas, non denegabis. Scripsi superioribus mensibus ad Ernestum  
Vogelin typographum vestratem, ut te officiose meo nomine  
salutaret, ac tuo consilio uteretur in quarendo Mathematico  
aliquo docto, qui mihi domesticam operam navaret, ad temas  
meas literas homo officiosus jam à tot mensibus nihil respondit.  
Nunc scribit ad me Vir optimus D. Paulus Fabricius, qui hoc tibi  
reddet, te de Johanne Praetorio quodam mentionem iniecit.  
De quo tibi magnas gratias ago, si is tuo exquisitissimo judicio  
comprobatur, jam nihil est, quod amplius sim sollicitus, sed tamen,  
ut magis ac magis perspicias, qualem ego hominem cupiam,  
scripsi eam de re tota ad D. Fabricium. Oro te, mi Sauerario eva-  
ditissime, si hunc Praetorium intelligis, communicato cum D.  
Fabricio consilio, meis usibus aptum fore, evoca eum et statim  
ad me mitte, complectar eum vel tua causa amantissime; sed  
de re omni ex meis ad D. Fabricium literis rectissime constitu-  
ere poteris. Quod si is non erit talis, qualem describo, rogo te,  
de alio cogitationem suscipe, magnam beneficium dabis, cupio  
intelligere ad quod tempus hunc habere possim? Fac me quoque  
certiorem, ubi filius tuus amiciss: meae Medicinam faciat.  
Audio te praeter Procli hypotyposes preclaras alias in Mathema-  
tis lucubrationes habere, rogo te, si quid est, aut quicquid ejus-  
modi est, fac mihi describendi copiam, a manu usibus, quos  
adhibeas ad scribendum, pro manu pretis liberaliter satisfaciam.

Pergratum mihi feceris, si indicaveris titulos et nomina librorum  
tuorum, quos sive jam edidisti, sive edere cogitas; sum enim elegantissi-  
mi tui ingenii monumentorum studiosissimus, si quis alius, et ut  
sic loquar, sitientissimus. Existimo autem me penè omnia habere  
quae in vulgus emanarunt. Habes, mi Camerari, quae in re mihi  
maximè gratificari poteris, si voles, quod confido, tu vicissim  
pura tuo mihi impera. Oro Deum, ut hanc totam tractationem  
ad quam te accitum esse ajant, reipubl. comodo, tibiq; ornamento  
et sempiterna gloria esse velit. Si quid dignum memoria pro-  
ferre vultis, si vobis hominum salus cordi est, ut esse debet, in  
eam curam incumbite, ut veritatem nobis detracto omni furo  
Papistico puram putam proferatis, et è tenebris in lucem revo-  
catis; Deo vos videritis, quibus Deum affore spero. Vale mi Praest,  
Dnè Camerari, meq; mutuo dilige. et rescribe. Pracovia i. Octob.  
1568.

Tui amantiss: et studiosiss:

P. S. D. Rhetorici amantissimij Tui dili- Andr. Dudithij.  
genter te salutet, et sine cupid, an literae à  
se tibi redde sint, quas Wratislaviam tibi illinc transmittendas  
ante hos quatuor menses misit. Scribo ad D. Fabricium, de opere  
Astrologiae Cypriani; si in eo impetrando juvare me poteris,  
rogo te interponere auctoritatem tuam.

132)

Clariss: Viri S. Constitueram nihil respondere, quod non opus esse  
existimarem, deinde verebar, ne in publica commoda graviter  
peccarem, si sanctas occupationes, quibus nunc Ex. T. distincte  
ineptis meis interpellarem; sed tuum suavissimas suas literas le-  
gendo planè conterro, temperare mihi non possum, quin sermel ad  
ante tuam discessum per literas te compellem, quod equidem con-  
mallem, quod quoniam non licet, ingemisco; acerbissimum  
est, epijs optatissimo conspectu orbari, quem tantopere diligas; p-  
rendum est tamen et hoc quoq; ad coeteras humanas miseras  
conferendum. Lenio tui desiderium ut possum, legendis libris  
tuis, varia